

2088 Nemesi | sanctae | campestri pro salute dominorum | $\overline{\text{nn. Augg.}}$
P. Ael. P. f. | Aelia Pacatus | Scupis, quod coh. doctor voverat, nunc |
campidoctor coh. I | pr. p. v.¹ somnio admo[n]itus posuit l. l.²

Romae (VI 353 vidit Henzen). — 1) *Cohortis primae praetoriae piae vindicis.*
— 2) *Laetus libens.*

2089 d. m. | C. Cesennio Se[n]ecioni¹ c.² chor. II | pr. p. v., exer-
citori | equitum pr., fecit C. Ce[se]rnius Zonysius live[r]tus et heres, at-
fer[en]te Zotico a Britt[ania].³

Romae, nunc Panormi (VI 2464 cf. Alb. Müller Philol. 41 p. 498). — 1) *Idem for-
tasse Caesernius Senecio centurio cohortis quintae vigilum anno circiter 205 (VI
1087).* — 2) *Centurioni.* — 3) *Senecio cum decessisset in Britannia, corpus eius
ad urbem attulit Zoticus. In Britanniam potest venisse cum Severo a. 209.*

2090 d. m. | T. Ael. Malco tectori eq. praetorian.¹ | coh. III pr.,
qui et urb.², item antistes | sacer. temp. Martis castror. | pr.³, | fecit ben-
merenti coniugi dul. suo | Roscia Sucessa (*sic*), cum quo vixit ann. XL,
| decessit annor. LXVI.

Romae (VI 2256 saepius descripta saec. XV–XVII). — 1) *Alius tector equi-
tum praetorianorum est C. VI 2775 (ubi non recte Mommsenus cogitavit de pro-
tecto), tectores equitum singularium infra N. 2190.* — 2) *Fortasse significatur,
Malchum etiam cohortium urbanarum tectorem fuisse.* — 3) *Praetriorum.*

2091 pro s.¹ imp. Caes. M. An[t]oni Gordiani Pii Felicis Aug. et |
Tranquillinae Sabinae (*sic*) Aug., venatores immun. | cum custode vivari:
Pont. Verus mil. coh. VI pr., Cam[panius] Verax mil. coh. VI pr., Fuscus
Crescentio | ord.² custos vivari coh. p[r]aet. et urbb., Diana Aug. d. s.
ex v. p.³ | Dedicata XII kal. Nov. imp. d. n. Gordiano Aug. et Pom-
peiano cos.⁴

Romae rep. inter castra praetoria et aggerem Servii (VI 150 vidit Henzen).
— 1) *Pro salute.* — 2) *Ordinarius cf. Mommsen eph. ep. 4 p. 259 not. 1.* —
3) *Dianam Augustam de suo ex voto posuerunt.* — 4) *A. 244.*

2092 Asclepio et | saluti | commilitonum, | Sex. Titius Alexander |
medicus cho. V pr. | donum dedit, | !!!!!!!!!!!!!!!¹ | Aug. VIII, | T.
Flavio Sabino | cos.² |

Romae (VI 20 descr. Smetius). — 1) *Erasum nomen Domitiani.* — 2) *A. 82.*

2093 d. m. | Ti. Claudius Iulianus me[di]cus clinicus coh. III | pr.,
fecit vivos sibi et | Tulliae Epigone coniugi, | libertis libertabusq. Claudiis
posterisq. | eorum. | H. m. h. n. s.

Romae (VI 2532 descr. Sirmondus).

2094 in honore domus divinae | Asclepio Zimidreno¹ cives | Philippo-
politianorum, quorum nomi[na] infra scripta sunt: |

coh. I praet., 7 Coccei: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopoli vico Cun-
tiegerum; | 7 Valentis: | M. Aur. M. f. Fl. Diza Philippopol[is] vico Vevocaseno, | M.
Aur. M. f. Fl. Cresces Philippop. vico Vevocaseno. |